

**www.e-rara.ch**

**Philosophus irresolutus, sive, Quaestiones universae philosophiae principales**

**Walser, Iso**

**[Sankt Gallen], anno 1748**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: RRM 248

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-28721>

Quaestio VII. An universale maneat in actualis praedicatione?

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

*lis* unitas , sed solum *fundamentalis* ,  
præbens intellectui fundamentum na-  
turam concipiendi , ut unam. ergo  
non facit universale *formale*.

## QUÆSTIO VII.

*An Universale maneat in actuali  
prædicatione?*

SENTENTIA I. Affirmans. ita  
Conimbricenses *hic q. 6. a. 4.* Mau-  
rus *lib. 1. q. 35.* Semerij *hic d. 3. q.*  
*8. a. 1. & 2.* Cajetanus *de ente , &*  
*essentia c. 2.* Maijr *part. 1. d. 3. q. 1.*  
*a. 5. n. 530.* ubi unâ cum Conimbric.  
*l. cit.* ait , hanc assercionem esse co-  
munioem inter Auctores, licet eti-  
am opposita non destituatur suâ au-  
ctoritate. Eandem sententiam defen-  
dunt Babenstuber *hic d. 3. a. 8.* ci-  
tans Goudin, Morfack, Ruedorffer ;  
quos sequuntur alij.

## FUNDAMENTA.

1. In hac propositione : *Petrus est*  
*homo* , prædicatum *homo* significat na-  
turam communem, quia repræsen-  
tat naturam sine omni singularitate;

ergò prædicatur de Petro natura universalis. *m. prob.* illa enim propositio solum affirmat Petrum habere humanitatem, seu esse hominem; non verò *explicitè* dicit esse *hunc*, vel *determinatum aliquem* hominem; ergò repræsentat naturam sine singularitate.

2. Hæcceitas non includitur in essentiali, & objectivo conceptu naturæ specificæ, sed est huic aliquid accidentale, & merè *extrinsecum*, ergò licet *ex parte subjecti* in actuali prædicatione exprimatur hæcceitas; *ex parte prædicati* tamen natura communis per hæcceitatem *intrinsecè* non contrahitur.

3. Anima licet *physicè* uniatur materiæ primæ, propterea tamen non fit *intrinsecè* materia: ergò etiam licet natura specifica in actuali prædicatione *Logicè*, & intentionaliter uniatur hæcceitati, propterea non fit *intrinsecè* hæcceitas! ne amittet suam universalitatem.

4. Actualis prædicatio est intentionalis unio prædicati cum subjecto; ergò, cum omnis unio debeat dari inter distincta, etiam aliud debet ex-  
pri-

primi per subiectum scilicet hæc-  
ceitas , & aliud prædicatum , nimirum ,  
natura communis.

5. Universale est *unum aptum prædi-  
cari de multis* ; ergò quando *actus* præ-  
dicatur , non amittit suam prædica-  
bilitatem de pluribus , aut universa-  
litem ; quia actus non tollit poten-  
tiam.

6. Natura *in statu reali* , licet sit  
contracta cum Petro , ejusque hæc-  
ceitate , est tamen universalis , quia  
similis alijs ; ergò etiam *in statu inten-  
tionali* licet per prædicationem unia-  
tur Petro , erit tamen universalis ,  
quia sensus illius propositionis est :  
*Petrus est ens habens sibi identificatam na-  
turam humanam similem alijs*.

7. In hac propositione Paulus est  
homo fit prædicatio superioris de in-  
feriori , & non æqualis de æquali , a-  
liàs propositio esset *identica* ; atqui  
prædicatum superius est universale ;  
ergò &c.

### RESPONSA Aa.

Ad 1. *Neg. a.* Repræsentat enim  
naturam ut intrinsecè contractam per  
hæc-

hæcceitatem; ergò unà cum hæcceitate. *ant. patet*, quia in actuali prædicatione concipitur essentialis indentitas prædicatum inter, & subiectum. ergò. *ad prob. d. a.* non dicit *explicitè* esse determinatum hominem. *con. implicitè.* neg.

Ad 2. *D. a.* Non includitur in conceptu essentiali naturæ *in communi* spectatæ. *con. a. naturæ prædicatæ*, & per *prædicationem individuatæ.* neg. a. natura, ut sic, non involvit hæcceitatem; at natura, cum per actualem prædicationem individuo alicui unitur, etiam repræsentatur ut conjuncta hæcceitati, consequenter ut singularis, non universalis: ad id quod dicitur *in cons.* resp. quòd ille, qui concipit hæcceitatem ex parte subiecti, etiam id faciat ex parte prædicati; quia affirmans aliquid debet concipere identitatem inter subiectum, & prædicatum ut contractum ad individuum.

Ad 3. *Neg, cons. & parit.* quia unio animæ cum materia est *physica*: unio autem naturæ, v. g. cum Petro est *logica, & intentionalis*, quæ fit per intellectum: eo ipso ergò quòd intellectus naturam concipiat ut unitam

Petro, concipit eam ut singularizata, & contracta; ergo ipsum prædicatum intrinsecè repræsentat singularitatem.

Ad 4. Dico, quòd in actuali prædicatione ex parte subjecti exprimitur singularitas, ex parte prædicati præter singularitatem etiam ratio naturæ prædicatæ, & sic adhuc fit distinctorum unio.

Ad 5. *D. a.* Est aptum prædicari *prædicatione universali.* neg. *prædicatione singulari.* con. quando enim natura per prædicationem actu contrahitur ad certum individuum, tunc ut sic contracta non amplius potest prædicari de alijs; ergo nec manet universalis.

Ad 6. *Neg. conf.* quia in *statu intentionali* in ipsa propositione non exprimitur illa similitudo cum alijs; ergo nec prædicatur natura ut universalis: unde negatur propositionis illum esse sensum: est verò iste: *Petrus est ens habens naturam humanam.*

Ad 7. *D. M.* Est prædicatio superioris *reduplicativè* talis, quæ superius est, neg. *specificativè* talis, & non quæ superius est, sed quæ *contractum* est ad in-

ferius. cōn. M. d. m. & neg. conf. quia illud prædicatum superius prædicatur ut contractum ad subiectum, ideò non prædicatur ut universale. Nec tamen ea propositio est identica, quia ex parte prædicati præter singularitatem significatur ratio naturæ.

SENTENTIA II. Negans. Ita P. Renz. *hic a. 3. fol. 299.* & Scotus citatus à Conimbric. *q. 6. a. 4.* & teste P. Renz. communior Th. Th.

### FUNDAMENTA.

1. Natura per actualem prædicationem contrahitur cum subiecto singulari; ergò non manet abstracta ab inferioribus, nec universalis.

2. Idem indivisibilis actus cognosceret naturam sine singularitate ex parte prædicati, & naturam cum singularitate ex parte subiecti; ergò idem actus esset *clarus*, & *obscurus*.

3. In hac propositione: *Petrus est homo*, li *homo* repræsentat differentiam numericam, quia repræsentat naturam, ut conjunctam Petro. ergò.

4. Materia 1. unita formæ non habet aptitudinem *proximam*, ut alteri for-

formæ uniatur; ergò nec natura unita prædicationem alicui singulari habet ampliùs aptitudinem proximam, ut possit prædicari de alio singulari, ergò non manet universalis.

5. Paries etsi ex sua essentia non includat albedinem, si tamen actualiter ei uniatur albedo, non ampliùs manet *non albus*; ergò etiam natura licet in suo conceptu objectivo non dicat singularitatem, si tamen ei per actualem prædicationem conjungatur singularitas, non ampliùs manebit *non singularis*, ergò nec universalis.

6. Natura per actualem prædicationem dividitur in plura; ergò non ampliùs manet una, nec universalis..

7. Prædicata imitantur per subiecta: sed in hac propositione: *Petrus est homo*, subiectum est singulare; ergò & prædicatum.

8. Inter subiectum, & prædicatum propositionis affirmativæ debet esse identitas; sed inter subiectum singulare, & prædicatum universale non potest esse identitas; ergò in hac propositione *Petrus est homo*, prædicatum non est universale.

9. Præ-

9. Prædicatum dictæ propositionis, vel significat omnes homines; & sic Petrus erit *omnis homo*, vel hominem universalem; & sic Petrus erit *homo universalis*: vel hominem individuum; & sic non erit *prædicatum universale*.

### R E S P O N S A Aa.

Ad 1. D. a. Contrahitur *extrinsecè*, h. e. prædicatur de ente singulari *con. intrinsecè*, quasi natura ex parte prædicati concipiatur cum aliqua singularitate tanquàm, *intrinsecò* naturæ *constitutivo*. neg. a. d. c. Non manet abstracta *ex parte subjecti*. con. *ex parte prædicati*, neg. singularitas enim non ingreditur conceptum objectivum naturæ, & sic ex parte prædicati natura manet abstracta, quia non repræsentat singularitatem.

Ad 2. D. a. Idem tam *virtualiter*, quàm *formaliter* indivisibilis actus; neg. a. *formaliter* indivisibilis, & *virtualiter* multiplex. con. a. d. eodem modo *conf. vel per ordinem ad idem objectum*. neg. *per ordinem ad diversa objecta*. con.

Ad 3.

Ad 3. Vel *neg. a.* vel *D. a.* Homo repræsentat differentiam numericam *intrinsecè*, & *principaliter*, *neg. extrinsecè* tantùm, & *minus principaliter*, tr. neque enim in hac propositione: *Petrus est homo*, intendimus affirmare, Petrum esse *hunc hominem*; sed solùm, eum habere naturam humanam.

Ad 4. *N. conf. & parit.* Materia informata caret dispositionibûs necessarijs ad aliam formam; ergò non est proximè apta: natura universalis, etiam cùm actu prædicatur, *intrinsecè* non dicit singularitatem; ergò est proximè apta.

Ad 5. *D. a.* paries &c. non manet *non albus extrinsecè*, con. *intrinsecè*, & in sua entitate, *neg. a. d. conf.* ergò etiam natura &c. Non manebit non singularis *extrinsecè*, & *ex parte subjecti*. con. *intrinsecè*, & *ex parte prædicati*, *neg. conf.*

Ad 6. 1. *Neg. ant.* quia in hac propositione: *Petrus est homo*, tota natura humana prædicatur de Petro secundùm omnia prædicata essentialia. 2. *D. a.* Dividitur in plura *numerò ex parte*

*te subjectorum, con. in plura similitudine, & ex parte prædicati, neg.*

Ad 7. D. M. *Limitatione se tenente ex parte subjecti, con. Limitatione se tenente ex parte prædicati, neg.* Si dicas limitari ipsam naturam prædicatam, *Dist. intrinsecè, neg. extrinsecè, con.*

Ad 8. D. M. Debet esse identitas *realis*, ut scilicèt prædicatum, & subjectum à *parte rei* sint idem, saltem secundùm id, quod prædicatum dicit *in recto*, con. *formalis*, ut prædicatum, & subjectum idem dicant *explicitè*, neg. M. d. m. n. conf.

Ad 9. Dico 1. Significari omnes homines non *extensivè*, & quoad prædicata *individualia*, sed *intensivè*, & quoad prædicata *essentialia*, eadem *similitudine* in omnibus, & sic Petrus est omnis homo *intensivè*, & *similitudine*.  
2. Significari hominem universalem *in Concreto*, non ipsam universalitatem *in abstracto*, seu ipsum *statum universalitatis*.

*Fundam. præcip. Sent. 1. Hoc prædicatum: Homo*, non repræsentat singularitatem, sed solam naturam *specificam*, quia singularitas non includitur

tur

tur in conceptu objectivo naturæ specificæ, ergò licèt *extrinsecè*, & *ex parte subjecti* contrahatur natura communis in actuali prædicatione, non tamen contrahitur *intrinsecè*, h. e. hæc-  
ceitas non fit de conceptu essentiali naturæ.

*Fundam. Sent. 2.* In actuali prædicatione prædicatum repræsentat naturam ut identificatam subjecto singulari, nam subjecta *limitant* prædicata; ergò ut singularem, ergò non manet universalis.

## QUÆSTIO VIII.

*An Genus metaphysicè acceptum possit conservari in unica specie, aliâ impossibili?*

SENTENTIA I. Negans. Ita D. Thomas 1. post lect. 12. & Communiter Th. Th. Cardl. de Aguirre. P. Renz. Vischl. Reishl. Mayrhauser. Oberhauser. Babenstuber. Goudin. *hic. p. 1. q. 2. a. 5.* Wenzl *hic contrav. 4. q. 1. n. 33. & seqq.* & alij, quos citant, & sequuntur Calaguritanus *tr. 3. d. 10. c. 3.* & Complut. *D. 6. q. 2. n. 21.* & est communis inter omnes.